Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26515
Copyright: Admont, Benediktinerstift

et oratione insinuans omnes regulas sancti de
siderii. ut quamvis in castigatione corporis
frenatur concupiscentia. quae non frenari si
omnino esse non deberet; nec erit in illa per
fectione iustitiae. ubi nullum erit omnino
peccatum; et saepe in usu rerum concessarum
atque licitarum. exercet inmoderationem suam.
In ipsa vero beneficentia qua iustus consulit
proximo. quaedam obsunt quae obsunt. cum pro
desse putata sunt; et aliquando per infirmi
tatem. vel cum minus sufficitur necessitati
bus aliorum. vel parum inde proficit quod be
nignitatis ac laboris impenderit; sur
repit taedium quo fuscetur hylaritas in
qua datorem diligit deus. subrepit autem
tanto magis quanto minus quisque et tanto mi
nus quanto magis quisque profecerit. His atque hu
iusmodi consideratis. merito in oratione
dicimus. dimitte nobis debita nostra sicut et
nos dimittimus debitoribus nostris. si tamen quod
dicimus faciamus. ut vel ipsi diligantur
inimici. vel si quisquam adhuc parvu
lus. in Christo. hoc dicit non facit. paeniteat
tamen quod in eum quisque peccavit. et veniam